UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theologia|| Ivridica,|| Sev Ivs Civile Theologicvm,||

Fickler, Johann Baptist

Dilingæ, 1575

VD16 F 976

De ieiunio Quadragesimæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63414

Visual Library

[...]ra, quo quis dicacior eſt & petulantior, eo maio[...] in tam corruptis moribus laudem meretur. Se[...]ros & graues viros reformidat hic noſter clerus. Quid ita? Quia in tanta licentia maluit viuere, quàm benè monenti, aut cogenti obtemperare, et ob eam rem Chriſtiana religio quotidie in peius labitur. Hæc ille. Qui mores cum noſtratibus pene ad vnguem conue[...]iunt, vbi enim hodie Litanias videre licet, in quibus vel clerus vel populus officium faciat per omnia. An non hæc omnia etiamnùm ſic fieri videmus quæ Platina deplorat? An verò non ab illius ætate ad noſtra hæc tempora religio in peius lapſa eſt? Sed quis ſperet [...]m hæc & alia mala non corriguntur, eandē etiam nunc tàm citò reſtitutam iri? Faxit Deus, vt tandem oculos aperiamus, & eò ſtudia noſtra dirigamus, vt religio Catholica rectè colatur, & quid futurum ſit accuratius proſpiciamus.

Clericos pleroſq; licētioſè viuere malle, quàm benè monentibus obtemperare.

DE IEIVNIO QVADRAGESIMÆ.

VALENTIN. VALENS ET GRATIANVS Impp. in l. Quadraginta. C. de feriis.

QVadraginta diebus qui auſpicio cæremoniarum Paſchale tempus anticipant, omnis cognitio inhibeatur criminalium quæſtionum. Hæc eadem l. habetur etiam in C. Theodoſij lib. 9. tit. De quæſtionibus.

Quadrageſimæ tempore in criminalibus non cognoſcendum.

HONORIVS ET THEODOS. Impp. in l. pen. C. d. tit.

PRouinciarum præſides moneātur, vt in quæſtionibus latronum, & maximè Iſaurorum,

Latronibus nunquam parci.

nullum Quadrageſimæ tempus, nec venerab-
lem Paſchæ diem exiſtiment excipiendũ &c.

Hiſce, licèt paucißimis, facilè animaduertis poſſ-
quod & quanta obſeruatione vetuſtis temporibus
iunij quadraginta dierũ ſolennitas habita fuerit
Chriſtianos, quòd etiam ipſi Cæſares id ſuis legib-
honorare non dedignati ſunt, ſanciendo, ne m-
foro vlla in criminali quæſtione per totos illos
nentiæ dies fieret cognitio, indignum eſſe rati e-
pore in humanum corpus vel ſanguinem anima-
tere, et delictorum culpas plecti, quando nos p-
tia ducti à Deo culpam deprecari, & crimin-
ſtrorum veniam maximè expetere debemus,
Chriſti fortè audire cogamur: Serue nequam,
debitum dimiſi tibi, nonne ergo oportuit et t-
ri conſerui tui. Non autem ignorauit religioſa
ſtas, quantæ virtutis, quantæq́ apud Deum
tionis ieiunium tàm in nouo quàm veteri teſtam-
ſemper fuerit, id quod vtrinq́ plurima teſtan-
ciunt exempla, quæ omnia recenſere nimis
foret, nec id inſtituti noſtri eſt. Nam ſi quis
ſaltem ea quæ ſcripta reperiuntur de Moyſe, Hel-
Propheta, Samuele ſummo pontifice, de Saule, Io-
phat, Achab, Dauide regibus Iſraëliticis, D-
cæteriſq́ pluribus: Tandem in noua lege de
ipſo, qui ieiunium quadrageſimæ proprio f-
tuens, id nos imitari exemplo ſuo doceat,
ſcribendo vellet, integrum volumen implere
Hinc ieiunij huius exercitium à maioribus
ſtrictißimè ſemper & magno cum rigore obſeruatum
eſt. Græcos autem hac in parte quàm Latinos

Ieiunij multa exempla in veteri teſtamento.

et fuiſſe ex hiſtoriis liquet, neque id ſolum hac noſtra vel proxima ſuperiori ætate, verùmetiam ante mille ducentos annos. Illi enim nullum prorſus ab huius obſeruatione volebant exceptum. Quàm proindè graue periculum putarint eſſe, illa D. Baſilij verba teſtantur: Nemo ieiunantium, inquit, numero ſeſe ſubducat, in quo & generationes cunctæ, ſexus omnis, ætas, ordo includuntur. Et: minus ſanè periculum fuerit aliquem in acie ſcutum proiicere, quàm arma ieiunij detrectare. Nicephorus quoq; Græcus author ſcriptum reliquit: cum olim fames Bizantij increbuiſſet, rerum neceſſariarum inopia Imperatorem Iuſtinianum ſecunda ſtatim ieiunij hebdomada, carnes in foro venales proponendas promulgaſſe, & hoc quidem ſic per vim actum. Populum autem qui pietatem ſibi conſectandam ſtatuiſſet, neq; eas emiſſe neq; ediſſe: mortē ſibi potius ad eundam eſſe cenſens, quàm vel quicquam de patriis moribus et traditionibus mutaret. Ex quibus facilè quiuis æſtimare poteſt, qui nunquam extrema quæq; perferre parati prius fuiſſent, quàm vt cibos ieiunij lege prohibitos guſtarent, niſi guſtatis illis multo ſe grauioribus affectos iri ſupplicijs perſuaſum habuiſſent. Latini verò, & maximè qui ſuperioribus proximè ſeculis vixerunt, minus hac in parte ſeueri, ſed admodum moderati fuiſſe videntur, vtpotè qui non omnem ætatem, nec mortales omnes ieiuniorum legibus teneri voluerunt: excipiebant enim pueros, prægnantes fœminas, ægros, ſenes, mendicos, quibus adnumeratos quidam volunt & peregrinantes, et eos qui grauius præmuntur laboribus. Hinc videre licet quàm clementer cum ſuis liberis

Grecorum in ieiunando rigor.

Niceph. lib. 7. cap. 32.

Cōſtantinopolitani famē periclitari, quàm ieiuniū violare.

Latini Græcis in ieiunādo moderatiores.

Ieiunij immunitate quī gaudeant.

egerit Occidentalis Eccleſia, quæ materna quadam pietate cuiuſque ætati, valetudini, conditioni et cuicunque tandem neceſſitati diligenter prouideri curauit, atque id quidem nõ tam priſcis illis ſeculis, quibus maiorem in hominibus duritiem & aſperitatem fuiſſe conſtat, verùm trecentis his annis, quibus Euangelici nimis duris legibus homines aſtrictos fuiſſe conqueruntur. Quod igitur tot ſeculis, tanto mortalium omnium conſenſu, quàm longè latéque Chriſtianus orbis diffuſus eſt, prædicatum, receptum & tanta cura diligentiaque ſemper ab omnibus fuiſſe obſeruatum videmus, id ad vnius aut alterius erronei capitis nutum reiiciendum eſſe nemo ſanus exiſtimat. Deo enim & Eccleſiæ Catholicæ potius eſt ſequendum quàm hæreticis, qui vaniſſimo Euangelij prætextu animis hominum perſuadere vitantur non quod intrat in os, inquinare hominem: omnem creaturam Dei bonam eſſe, & nihil reiiciendum, omnia munda mundis eſſe, & ſi quæ ſunt ſimilia. Horum autem genuinum ſenſum apud Catholicos interpretetes lector ſtudioſus & pius vberius leget.

DE PECCATO, PRIMO QVIDEM DE PECCATO LVXVRIÆ ET BLASPHEMIÆ.

IMP. IVSTINIANI. AVG. AD CONSTANTINOPOLITANOS Auth. Vt non luxurientur homines contra naturam: nec iurent per capillos Dei, aut aliquid huiuſmodi: neq; blaſphemetur in Deum. coll. 6.

Omnibus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN